Las cuentas de Roger de Lauria

I

El infante D. Jaime de Aragón, gobernador de Sicilia, hijo de Pedro III el grande, aprueba las cuentas que le presenta Roger de Laurta, desde el 20 de Abril de 1283 en que comenzó a ejercer el cargo de almirante, hasta fin de Septiembre del mismo año. Mesina 22 de Junio de 1284. Pergamino 715 del Archivo de la Catedral de Valencia.

Jacobus Infans Illustris Regis Aragonum et sicilie filius, suus in Regno sicilie futurus successor et heres ac eius in eodem Regno generaliter locum tenens, tenore presentium notum facimus universis. quod Rogerius de Lauria miles Regnorum Aragonum et sicilie ammiratus dilectus consiliarius et devotus noster presentatus in magna Regia curia ad ponendum de eodem officio ammiratie rationem debitam et finalem. Coram nobilibus et discretis viris Johanne de procida. Alaymo de Centino eiusdem Regni magistro justiticario et Matheo de Hermis magne Regie curie magistro Rationali dilectis consiliariis familiaribus et devotis nostris super examine et receptione rationis ipsius statutis per Illustrem dominum patrem nostrum. rationem ipsam a vicesimo die mensis aprilis vndecime indictionis quo die ipsum incepit exercere amiratie officium usque per totum mensem septembris sequentis duodecime indictionis posuit in hunc modum. In primis ostendit litteras commissionis sue sigillatas sigillo Regio que restitute sunt sibi pro eo quod est in eodem officio continentie talis. Petrus dei gratia Aragonum et sicilie Rex. per presens scriptum notum facimus universis quod nos attendentes merita probitatis prudentie et devotionis nobilis Rogerii de Lauria dilectis militis consiliarii ac familiaris nostri de quibus excellentia nostra plenam gerit fidutiam ab experto. officium ammiratie Regni catalonie et sicilie eidem duximus fidutialiter concedendum ac exercendum per eumdem ad honorem et fidelitatem culminis nostri usque ad nostre beneplacitum uoluntatis. dantes universis et singulis hominibus armate eiusdem. quod ipsi Rogerio tamquam ammirato nostro pareant fideliter et intendant in omnibus quibus ammiratis predecessoribus suis officium ipsum gerentibus. soliti sunt intendere et parere. dantes et concedentes eidem Rogerio plenariam protestatem faciendi si oportuerit de hominibus estolii seu armate predicte et de omnibus aliis hominibus qui sunt de foro ammiratie predicte et anone jurium ipsius officii tan in mari quam in terra justitias ciuiles et criminales et omnia alia exercenda circa dictum officium que consueuerunt exerceri per alios ammiratos -cui ammirato nostro predicto similiter concedimus quod habeat et perci-

piat jura omnia que ad predictum ammiratie officium spectare noscuntur. in cuius rei testimonium presens privilegium fieri iussimus et sigillo pendenti nostri culminis consuniri. datum mesane anno domini millesimo ducentesimo octuagesimo tertio. mensis aprilis vicesimo eiusdem vndecime indictionis Regnorum nostrorum Aragonum anno septimo sicilie uero primo. Item, assignavit quaternos subscriptos videlicet. quaternum vnum generaliter continentem totum introytum et exitum officii sui infra predictum tempus. et quaternos tres scriptos littera catalanisca sine sigillis in quorum vno describitur titulus continens quod homines in eodem quaterno contenti addubati fuerunt in valencia per manus huguetti romanini thomasii ualentini et petri stephani. In alio quaterno continentur nomina illorum qui addubati fueruut in Barcellonia. et in alio continentur nomina illorum qui addubati fuerunt in castellione. Introytus. Ostendit idem ammiratus per predictum quaternum recepisse per se magistrum virgilium de cathania et certos commisarios suos infra totum predictum tempus a quibusdam officialibus et personis in quaterno predicto contentis per diversas vices et tempora et emisse de pecunia curie existente per manus suas pro armatione et munitione vassellorum felicis estolii Regii ad generale pondus cantarium et mensuran pecunie. biscocti. victualium et aliarum rerum quantitatem subscriptam videlicet septimo madii.

Vndecime indictionis a mercatoribus genuensibus pro jure extractionis frumenti auri uncias mille. Item a Bertrando de bellopodio milite strangoto mesane et Regni sicilie thesaurario per manus suas et diversarum personarum soluentium sibi nomine et pro parte ipsius a nono decimo junii vndecime usque per totum vicesimum tertium septemduodecime indictionis sicut constitit per antapotos? quinque sigillo strangoti et thesaurarii munitas quas curia assignavit auri vnciarum sexmilia quatringentas viginti novem taros duos et grana quatuordecim. Item ab infrascriptis terris maritime calabrie et principatus pro redemptione depopulationis bonorum eorum subscriptam pecunie quantitatem videlicet.

Ab vniversitate hominum citrarii uncias septuaginta quinque taros duodecim et grana decem. Ab vniversitate hominum Ranelli uncias centum. Ab vniversitate Pasitarii uncias triginta. Ab vniversitate Iscle uncias quadraginta. Item aput maltam per manus diversorum marinariorum quas acquisiuerant in conflictu Galearum pruincialium uncias viginti. taros viginti sex et grana tredecim. It m vicesimo quarto madii vndecime indictionis ab almugauaris deputatis cum eo pro mediutate lucri acquisiti per eos in tribus caualcatis uncias triginta sex et taros sedecim. Item secundo octubris vndecime indictionis de uènditione quorumdam spoliorum acquisitorum per quosdam almugauaros in portibus calabrie et principatus cum galeis estolii Regii uncias quatraginta duas. Item vicesimo octauo madii eiusdem vndecime indictionis ab vniversitate iudeorum messane in quibus tenetur pro pictura galee rubee vncias tres. Item ab octauo junii usque per totum primum agusti indictionis eiusdem per manus quorumdam commitorum de venditione quarumdam rerum uenditarum per eum de mandato illustris domine Regine domine matris nostre ut ponit ad idem pondus vncias centum sexagint octo. Item quintode. Imo junii vndecime indictionis de uenditione salmarum ordei quatringentarum receptarum per eum a Guichono de Rustito de messana et uenditarum ut ponit de mandato dicte Regine horetenus sibi facto ad rationem quatuor tarorum per salmam uncias quinquaginta tres et taros decem. Item ponit mutuasse de proprio et recepisse mutuo ab amicis tam de jure contingente Jacobum pericolim ammiratum quam pro jure suo debito sibi a singulis marinariis et personis armate Regie in defectu pecunie curie non existentis per manus suas ut ponit vncias quingentas octoginta octo taros sex et grana quinque et dimidium Summa introytus predicte pecunie vnciarum octomilia septingente nonaginta sex. taros decem et nouem et grana quatour et medium. Introytus frumenti. Item nono madii eiusdem vndecime

indictionis recepit a predicto strangoto per manus predicti magistri Mathei de thermis magne Regie curie magistri Rationalis Jaconie de policio militis et Andree de milite aput thermas frumenti salmas quatringentas. Item eodem die ibidem ab Andrea amalfitano procuratore dicti Jaconie de policio militis quas emit ab eodem frumenti salmas centum. Item quarto junii eiusdem vndecime indictionis aput messanam recepit ab eodem stratigoto frumenti salmas quinquaginta. Item aput cathaniam ab Andreo de procida procuratore maioris cathaniensis ecclesie frumenti salmas centum sexaginta quinque. Item Vicesimo nono agusti vndecime indictionis aput messanam a notario Rogerio de syracusia vna cum sociis in anno proximo preterito vndecime indictionis et magistro procuratore citra u flum salsum delatas ab heraclea in messanam-curu quadam terida curie per manus notarii Johannis de notario philippo nuntii sui ad mensurum messane frumenti salmas trecentas quatuordecim et duodecim. Summa introytus predicti frumenti. salme mille viginti nouem et themas duodecim. Introytus biscocti. In primis ostendit per eundem quaternum se recepisse a Garsia de laurencio statuto per dominum Regem super conficiendo biscocto curie per diuersas uices ad generale contarium biscocti cantaria sexcenta viginti quatuor et rotulos monaginta. Item a quintodecimo iulii usque per totum quartumdecimum agusti eiusdem vndecime indictionis a balduchio formagio statuto per eundem super faciendo biscotto curie in cathania de frumento assignato eidem ammirato per predictum Andream de procida ad generale cantarium biscocti cantaria ducenta viginti. Item a comito peregrino de amalfia statuto super faciendo fieri biscocto curie in mesana per diversas vices ad generale cantarium biscocti cantaria duomilia quingenta sexaginta quinque et rotulos triginta tres, panuum triamilia ducenta quinquaginta sex. Suma introitus predicti biscocti cantaria triamilia quatringenta decem et rotulos viginti tres. Introytus diuersarum rerum. Ponit emisse pro munitione et armatione vassellorum ipsorum potu et companagio personarum nauigantium in vassellis eisdem ad diuersam rationem in quaterno predicto contentam. Armorum et rerum quantitatem subscriptam videlicet. scuta et panisia septuaginta. casei cantaria trecenta. carnium sallitarum cantaria quindecim. Vini salmas quingentas et decem olei cafisia triginta nouem, candelarum rotulos quinquaginta duos. cicerum salmas quatuor. fabarum salmas quatuor. Summa totius predicti introytus auri uncie octomilia septingente monaginta sex. tarai decem et nouem et grana quatuor et dimidium frumenti salme mille viginti nouem et thomas? duodecim. Biscocti cantaria tria milia quatringenta decem et Rotuli Viginti tres. panuum recentium triamilia ducenti quinquaginta sex. armorum et aliarum rerum quantitas predicta. Exitus Ostendit Idem ammiratus per eundem quaternum soluisse et solutum fuisse nunderis. balistariis marinariis et personis aliis nauigantibus cum predictis vassellis Regiis pro solidis eorum mensium sex videlicet. nouembris decembris. januarii. februarii. marcii et aprelis proximo preteritorum eiusdem vndecime Indictionis quos erant ut idem quaternus continet a curia recepturi. facta deductione quibusdam ex eis de summa solidorum predictorum eis per curiam debitorum tam pro pecunia eis soluta per curiam cum ad certa uiagia et seruitia curie cum aliquibus vassellorum ipsorum transmissi fuerunt quam etiam propter absentiam eorundem a seruiciis regiis cuiusdam temporis spatio. quorum omnium nomina et cognomina et quantitas pecunie singulis ipsorum soluta et deducta pro quibus viagiis quid et quantum pro quolibet et tempus quo absentes fuerunt ab eisdem seruiciis curie cum distinctione pecunie deducte eis propterea in eodem quaterno distincte et particulariter continetur. de predicta pecunia curie existenti per manus suas ad generale pondus subscriptam pecunie quantitatem videlicet. balistariis Tortose centum decem et octo qui fuerunt de numero personarum nauigantium in vassellis predictis sicut idem quaternus continet pro solidis eorum sex mensium pre-

dictorum facta deductione quibusdam ex eis ut supra distinguitur ad diuersam rationem in eodem quaterno contentam uncias quatringentas decem et nouem taros viginti duos et grana sedecim. Item societati que erat in ligno Imperillade que sunt persone quinquaginta nouem facta deductione quibusdam ex eis ut supra distinguitur. vncias centum quatuor taros et grana Vnum. Item naucleriis Balistariis et rimeris de galea Bernardi carboni facta deductione quibusdam ex eis modo predicto vncias centum quatraginta tres taros quatuor et grana sedecim. Item naucleriis ligni tayan qui sunt numero tres facta ut supra deductione quibusdam ex eis. vncias decem taros viginti tres. Item naucleriis balistariis et rimeriis de galea Thomasii valentini facta ut supra deductione quibusdam ex eis. vncias ducentas quatraginta quatuor taros viginti quatuor et grana octo et dimidium Item naucleris Balistariis et rimeriis de galea borras barcelli facta deductione ut supra quibusdam ex eis vncias ducentas viginti quinque taros vndecim. Item naucleris balistariis et rimeriis de galea Raymundi insigaroli facta deductione quibusdam ex eis ut supra. Vncias centum sexaginta taros duos et grana sedecim. Item hominibus teride royg pisani facta ut supra deductione quibusdam ex eis vncias quatraginta septem. taros viginti quatuor. Item naucleriis balis'ariis et rimeriis de galea bernardi bacle facta deductione ut supra quibusdam ex eis. vncias ducentas triginta tres. taros decem et octo et grana tredecim. Item balistariis et personis aliis de galea dicti ammirati facta ut supra deductione quibusdam ex eis vncias quinquaginta quinque taros quindecim. Item tubatoribus qui fuerunt cum regio estolio galearum ipsarum vncias decem et octo et taros viginti octo. Item naucleriis. balistariis et rimeriis de galea Guillelmi carboni facta ut supra deductione quibusdam ex eis vncias ducentas decem taros nouem. Item naucleriis. balistariis et rimeriis de galea marsilie. facta ut supra deductione quibusdam ex eis vncias ducentas triginta septem taros septem. Item naucleriis. balistariis et personis aliis de galea Petri nigri facta deductione ut supra quibusdam ex eis vncias centum quinquaginta quinque tarum vnum et grana decem. Item naucleriis balistariis et personis aliis de galea gilionis facta deductione ut supra quibusdam ex eis vncias centum nonaginta septem. taros viginti sex et grana decem et octo. Item naucleriis. balistariis et personis galee petri ferrerii facta ut supra deductione quibusdam ex eis vncias centum septuaginta tres. taros decem nouem et grana quatuor. Item naucleriis balistariis et rimeriis de galea Guillelmi malgranerii facta ut supra deductione quibusdam ex eis vncias centum quatraginta duas. taros sedecim et grana decem. Item naucleriis balistariis et rimeriis de galea Jacobi ferrantie facta ut supra deductione quibusdam ex eis vncias centum sexaginta tres taros viginti quinque et grana octo. Item naucleriis balistariis et rimeriis de galea Petri thomasii facta ut supra deductione quibusdam ex eis vncias ducentas viginti tres. taros decem et septem et grana sedecim. Item naucleriis balistariis et rimeriis de galea Johannis de santo felice facta ut supra deductione quibusdam ex eis vncias ducentas viginti nouem taros decem et septem et grana quatuor. Item n. b. et r. de g. Raimundi thomasii fac etc. vncias centum sexaginta duas taros sex et grana quatuordecim. Item n. b. et r. de g. Guillelmi de Ripalta f... vncias centum quatraginta quinque taros quinque et grana octo. Item.... Bernardi palet... v... centum triginta quatuor t. quatuor et g. decem et octo et dimidium. Item n. Importagere f.. v. centum septuaginta nouem t. tres et grana sedecim. Item..... de ligno ferrerii de mora v... sexaginta tres t. viginti octo et grana sedecim. Item ponit per quaternum eundem se soluisse certis calafatis et personis qui laborauerunt in regio tarsianatu messane qui sunt numero viginti septem quorum nomina et quantitas pecunie cuilibet eorum soluta in eodem quaterno particulariter continentur facta deductione quibusdam ex eis modo predicto pro solidis eorum predictorum sex mensium

vncias sexaginta quinque taros sedecim et grana quatuordecim et dimidium. Item ponit per quaternum eumdem soluisse comitis galearum predictarum qui sunt numero viginti duo pro solidis eorum diuersi et uariati temporis. quorum nomina quantitatem pecunie cuilibet eorum solutam pro quo tempore et ad quam rationem particulariter quaternus ipse distinguit facta summa vncias centum octuaginta octo et taros decem. Item ponit per quaternum eumdem soluisse certis nauarolis qui sunt numero centum triginta quatuor pro solidis eorum infrascriptorum septem mensium videlicet octubris. nouembris. decembris. ianuarii. februarii martii et aprelis vndecime vndictionis ad diuersam rationem facta deductione. modo predicto quibusdam ex eis. quorum nomina. quantitatem pecunie cuilibet eorum solutam atque deductam et ad quam rationem quaternus predictust particulariter distinguit. vncias trecentas sedecim taros octo et grana septem. Item ponit per quaternum eundem soluisse nauarolis quatuor nominatis in quaterno predicto pro solidis eorum quatuor mensium. scilicet dictorum octubris. nouembris. decembris et januarii qui receptis solidis eorum pro predicto tempore ab armata regia fugierunt ut ponit ad diuersam rationem in eodem quaterno contentam. vncias quatuor et taros decem et octo. Summa totius predicte. pecunie solute tam predictis naucleriis. balistariis. marinariis et personis aliis predictorum vassellorum ac calafatis et personis qui laborauerunt in dicto tarsianatu messane pro solidis eorum dictorum sex mensium quam dictis comitis et nauarolis pro solidis eorum temporis predistincti, Vnciarum quatuormilia sexcente quinquaginta septem, taros unus et grana decem et septem. Item ponit per quaternum eundem soluisse certis naucleriis, balistariis et personis aliis aragonensibus et catalanis deputatis per ipsum ammiratum ad armationem subscriptorum vassellorum dicti estolii regii pro solidis eorum duorum mensium scilicet junii et julii dicte vndecime indictionis ad certam rationem seruitio mensis madii quo seruierunt regie curie relaxato, quorum nomina quantitas pecunie cuilibet eorum soluta et ad quam rationem in eodem quaterno particulariter continentur computata quadam modica quantitate pecunie aliquibus ex personis eisdem soluta pro sequentibus mensibus augusti et septembris prout distinguit quaternus predictus ad generale pondus quantitatem pecunie subdistinctam. videlicet. naucleriis, balistariis et marinariis deputatis cum galea dicti ammirati vncias sexaginta duas. taros viginti nouem et grana quatuor. Item naucleriis, balistariis et personis aliis deputatis in ligno ferrerii de mora, vncias viginti duas, taros viginti sex et grana quatuor. Item nau b. et. p. a. d. cum ligno Bernardi intayan vncias decem et nouem taros septem et grana octo. Item n. b. et. p. al. in ligno Guillelmi carboni vncias septuaginta octo et taros octo. Item naucleriis, balistariis et marinariis deputatis in ligno incanaldi vncias viginti septem et taros septem. Item balistariis et rimeriis deputatis in galea prothantini comunitatis corsice, vncias triginta quinque et taros nouem. Item naucleriis balistariis et rimeriis deputatis in galea jacomi ferrantis vncias sexaginta quinque taros tres et graua octo. Item nau. ball. et marinariis dep. in gal. X inmarsal vncias octoginta quatuor et taros octo. Item trumbatoribus decem et nouem euntibus in predicta armata regia vncias nouem et taros duos. Item balistariis tribus deputatis in galea X imperillade vncias tres et taros septem. Item nau ball. et mari dep. in galea guillelmi malgranerii vncias septuaginta et unam et taros decem et septem. Item naucleriis. bal et rim. dep in gal Bernardi carboni vncias octuaginta nonem. taros viginti nonem et grana quinque. Item nau. ball et rimer dep in gal raymundi thomasii. V sexaginta sex decem et octo et g. octo. Item nau. bal. et rim. dep in gal. petri thomasii V. octuaginta quatuor t. viginti nouem et g. duodecim. Item n. bal. et rim dep in gal. raymundi infigarole V. octuaginta et tria taros viginti sex et g. octo. Item n. b. et r. dep. in galea gilionis V. septuaginta octo t. quatuor et g. octo l. n. b. et r. d. in g bernardi bacle V. septuaginta nouem t. nouem. l. n. b. et. r. d. in gal. Johann's de

sancto felici V. octuaginta quinque t. sedecim et g. sedecim. It... thomasii ualentini v. octuaginta vnam. t. decem et 8. et. gr. sedecim.

I... petri ferrerii atroner pro solidis eorum unius ex predictis duobus mensibus v. quinquaginta et t. viginti et g. quatuordecim. I..... guillelmi ripalta pro solidis eorum predicti mensis unius v. decem et nouem et t. septem. I..... importagere et jacobini pro solidis eorum predicti mensis unius v. viginti octo. t. viginti duos g. sedecim. I..... bernardi palet pro solidis eorum dicti mensis v. decem e' septem et t. septem. I..... borras barcelli pro solidis eorum dicti mensis unius. v. triginta tres t. tredecim et g. sex. I. petri nigri pro solidis eorum dicti mensis unius v. viginti tres et g. vndecim. Item ponit per quaternum eundem soluisse quibusdam hominibus antikide tenes qui sunt numero viginti quatuor qui non inerunt ut ponit cum armata regia set fuerunt deputati ad deferendum lignomina ad opus regii tarseniatus mesane et ad deferendum frumentum ab heraclea et licata aput messanam pro conficiendo biscocto curie pro armata regia pro solidis eorum predictorum duorum mensium scilicet junii et julii quorum nomina et quantitas pecunie cuilibet eorum soluta distinguntur in quaterno predicto facta summa vncias quindecim et taros sex. Summa totius predicte pecunie solute predictis personis tam pro solidis predictorum duorum mensium junii et julii quam vnius ex predictis duobus mensibus ut supra distinguitur nec non et predictis aliis personis que non inerunt cum armata regia sed deputati fuerunt ad dicta alia seruicia curie vncie mille trecente viginti quatuor tari viginti tres et grana decem et octo. Item ponit per quaternum eundem soluisse nauclerüs, balistariis trumbatoribus et rimeriis de subscriptis vassellis eiusdem estolii regii pro solid's eorum subscripti temporis infra mensis agusti vndecime et septembris duodecime indictionis ad diuersam rationen quorum omnium nomina quantitatem pecunie cuilibet eorum solutam pro quo tempore et ad quam rationem dictus quaternus particulariter continet ad generale pondus subscriptam pecunie quantitatem. videlicet. balistariis et rimeriis de galea ammirati pro solidis eorum totius mensis agusti vndecime et dierum viginti vnius sequentis mensis septembris duodecime indictionis vncias quatraginta septem taros quatordecim. Item nau. b. et r. de g. raymundi infigaroli pro solidis eorum dicti mensis agusti et predictorum dierum decem et octo mensis septembris eiusdem. vncias quinquaginta sex taros quatuor et grana nonem item trumbatoribus euntibus in eodem estolio pro solidis eorum dicti mensis agusti et predictorum dierum decem et octo septembris vncie quinque et tari tres. item n. b. et r. galee marsilie pro solidis eorum dicti mensis agusti et dierum viginti vnius dicti septembris vncie septuaginta tari viginti nonem item n. b. et r. ligni incanaldi pro solidis eorum dicti mensis agusti et dierum viginti vnius vncias viginti duas taros nonem et grana duo et dimidium. item n. b. et r. galee albo prihontini messane pro eodem tempore vncias viginti octo taros viginti septem et grana duo. item n. b. et r. galee gilii pro solidis eorum dicti temporis vncias quinquaginta octo taros sex et grana decem et octo. Item n. b. et r. galee Guillielmi carboni pro solidis eorum ipsius temporis vncias quinquaginta nonem taros quinque et grana octo. item. n. b. et r. galee bernardi carboni pro solidis eorum dicti temporis vncias sexaginta octo. taros viginti septem et grana duodecim item n. b. et r. galee bernardi bacle pro eodem tempore vncias quinquaginta nouem taros quindecim et grana duodecim et dimidium i. n. b. et r. galee Guillielmi malgranerii pro eodem tempore vncias quinquaginta tres taros viginti quatuor et grana quatuordecim. it. n. b. et r. galee Raymundi thomasii pro eodem tempore. vncias quatraginta sex taros quatuor et grana decem et octo. it. n b. et r. vasselli intaliani pro eodem tempore vncias quatuordecim. taros viginti quinque item bernardo imparillade comito et balistariis galee sue pro solidis eorum dicti temporis vncias nouem. taros octo et grana quatuor. Item certis personis galee

thomasii valentini pro solidis eorum dierum viginti eiusdem mensis augusti que pro eo quo dicta galea iuit cataluniam seruierunt in vacceta quam ducebat infirrlolus pro dicto tempore vncian vnam taros viginti sex et grana quinque et dimidii. Summa totius predicte pecunie solute predictis personis pro solidis eorum dicti temporis infra eosdem menses agusti et septembris vncie octingente quinque. taros quindecim et grana decem et nouem et dimidium. item ponit idem ammiratus per quaternum eumdem se soluisse tan prothontino messane quam certis nauclerils b. et r. de nouo conductis et deputatis per eum in vassellis estolii regii armatis per eum in ciuitate messane pro supplemento personarum de catalun'a deficientium armationi et navigationi vassellorum ipsorum ad diuersam rationem pro subscripto tempore. quorum conductorum nomina quantitatem pecunie cuilibet eorum solutam et ad quam rationem dictus quaternus particulariter distinguit ad generale pondus subscriptam pecunie quantitatem. In primis marinariis sexcentis quinquaginta vno tam de messana quam quibusdam aliis terris sicilie pro mensibus duobus numeratis a quarto iunii quo die vassella estolii regii recesserunt de portu messane vsque per totum quintum sequentis meusis augusti vndecime indictionis ad rationem de taris septem et granis decem pro quolibet eorum per mensem. vncias trecentas viginti quinque et taros quindecim. item marinariis catalanis viginti octo de nouo conductis in messana eo quod in quaterno armate facte in catalonia non fuerunt reperti scripti et tamen constitit eidem ammirato sicut ponit eis in seruiciis regiis moram continue protraxisse pro solidis eorum eis debitis pro diuerso et variato tempore in eodem quaterno distincto. vncias vigniti tres et taros sedecim. Item marinariis de messana viginti nouem pro mensibus duobus numeratis a vicesimo primo iunii vndecime indictionis in antea ad rationem de taris septem et granis decem pro quolibet eorum per mensem vncias quatuordecim et taros quindecim. Item marinariis de messana sedecim pro mensibus duobus numeratis a vicesimo octauo predicti mensis iunii in antea ad eamdem rationem vncias octo. Item balistariis catalanic septem de nouo conductis per eum in messana eo quod in quaterno armate facte in catalonia non fuerunt reperti scripti. tamen constitit eidem ammirato ut ponit per eumdem quaternum eos in seruiciis regiis moram continue protraxisse pro solidis eorum eis debitis pro diuerso tempoce in eodem quaterno distincto vncias vndecim et taros quatuordecim. Item nauclerils siculis octo pro solidis eorum duorum mensium numeratorum a quinto iunii in antea ad diuersam rationem in eodem quaterno notatam vncias octo et taros decem. Item pedotis duobus pro eisdem duobus mensibus ad rationem de taris septem et granis decem pro quolibet eorum per mensem vnciam vnam et taros quindecim. Item marinariis de panormo quatraginta vnl conductis primo iulii vndecime indictionis pro mensibus duobus numeratis ab eodem primo iulii in antea ad eamdem rationem de taris septem et granis decem pro quolibet eorum per mensem vncias viginti taros quindecim. Item marinariis de messana centum sexaginta septem conductis per eumdem ammiratum et deputatis in galeis et aliis vassellis curie pro supplemento personarum deficientium in eisdem post conflictum galearum prouincialium in malta pro toto mense agusti vndecime indictionis ad eamdem rationem de taris septem et granis decem pro quolibet ipsorum pro predicto mense vncias cuatraginta vnam taros viginti duos et grana decem. Item marinariis centum viginti vno conductis et deputatis per eundem ammiratum in predictis galeis et vassellis curie pro supplemento personarum deficientium in eisdem post conflictum prouincialium predictorum pro mensibus duobus a primo dicti mensis agusti in antea numeratis ad eandem rationem vncias sexaginta et taros quindecim. Item marinariis trecentis septuaginta nouem de messana et quibusdam aliis terris sicilie conductis per eundem ammiratum pro solidis eorum vnius mensis a sexto predicti

mensis agusti in antea numerati que fuerunt in seruiciis regiis cum vassellis eisdem vncias nonaginta quatuor. taros viginti duos et grana decem. Item naucleriis viginti duobus de messana prosolidis eorum eiusdem mensis agusti ad rationem de taris viginti pro quolibet eorum pro mense predicto vncias quatuordecim et taros viginti. Item naucleriis duobus de messana pro solidis eorum eiusdem mensis ad rationem de taris quindecim pro quolibet eorum per mensem. unciam vnam. Item naucleriis quatuor de syracusia conductis pro supplemento naucleriorum de catalonia pro solidis eorum mensium duorum a primo dicti mensis agusti in antea numeratorum ad rationem de taris quindecim pro quolibet eorum per mensem vncias quatuor. Item balistariis catalanis viginti septem conductis per eum pro supplemento aliorum balistariorum de catalunia pro duobus mensibus a primo dicti agusti in antea numeratis ad diuersam rationem in eodem quaterno distinctam. vncias viginti septem et taros viginti. Item marinariis centum septem de messana pro solidis eorum mensis septembris vndecime indictionis ad rationem de taris septem et granis decem pro quolibet uncias viginti sex taros viginti duos et grana decem. Item marinariis duodecim de messana pro solidis eorum dierum decem et octo numeratorum a primo dicti septembris in antea ad rationen de taris quatuor et granis decem pro quolibet eorum pro predictis diebus decem et octo. vnciam vnam et taros viginti quatuor. Item marinariis siculis trecentis quindecim pro solidis eorum diuersi temporis infra dictum mensem septembris in eodem quaterno distincti ad rationem de taris septem et granis decem pro quolibet eorum per mensem. vncias quatraginta quinque taros sex et grana quindecim. Item naucleriis viginti quinque et comito vno eiusdam vaccette conductis ut predicitur pro supplemento aliorum naucleriorum de catalunia pro solidis eorum certi temporis in eodem quaterno distincti et ad diuersam rationem ibidem notatam vncias tredecim et taros vndecim. Item domino vassallo accono militi prothontino messane pro solidis suis mensium trium a primo iulii vndecime indictionis in antea numeratorum ad rationem de vnciis quatuor ponderis generalis per mensem vncias duodecim item marinariis portolatis quatuor et alyeriis aliis galee ammirati pro honorantiis eorum mensium iunii iulii agusti vndecime et septembris duodecime indictionis. vnciam vnam et taros decem et octo. Summa totius predicte pecunie solute predictis naucleriis balistariis rimeriis et personis aliis conductis et deputatis in dictis vassellis regiis pro supplemento personarum deficientium in eisdem nec non dicto prothontino messane ac portolatis et aleyeriis dicte galee ammirati Vncie septingente quinquaginta nouem tari duodecim et grana quinque. Item ponit soluisse per eundem quaternum pro pretio saccorum ducentorum sexaginta octo emptorum per eum ad diuersan rationen in eodem quaterno notatam proponendo in eis biscocto curie panatice vassellorum ipsorum vncias quatuor, tarum vnum et grana duo. item pro delatura certe quantitatis frumenti farini et biscocti in eodem quaterno distincte delate a diuersis partibus sicilie in messanam pro panatica vassellorum ipsorum et pro diuersis expensis minutis factis in mahazenis in quibus predictum frumentum farina et biscoctum reposita fuerunt et aliis diuersis expensis prout distinguit plenarie quaternus predictus facta summa ad generale pondus auri vncias viginti taros viginti vnum et grana decem et septem. Item certis personis pro confectione biscocti curie et molitura farine ex qua biscoctum ipsum confectum est quarum personarum nomina et quantitas pecunie cuilibet earum solute et pro quo causa cum distinctione temporus solutionis eiusdem in eodem quaterno particulariter continentur facta summa ad generale pondus auri vncias viginti nouem taros viginti septem. Item certis pictoribus pro pictura galearum quatuor et galionum trium curie distinctorum in quaterno predicto ad generale pondus vncias septem et taros viginti. Item diuersis marinariis et pedotis de messana conducentibus teridas regias in quibus

transffetabant almugauari in calabriam et pro reportandis abinde cum eisdem teridis regiis animalibus et rebus aliis acqu'sitis per eos in calabria ab inimicis regiis per diuersas solutiones et tempora ad generale pondus auri vncias quatuor. Item certis personis pro pretio scutorum et pauensium septuaginta pro munitione vassellorum regalium ac cindati et buccaramini pro baneriis vassellorum ipsorum et fieri faciendis eisdem prout particulariter distinguit quaternus predictus ad generale pondus facta summa vncias viginti unam et taros decem. Item diuersis personis pro pretio casci cantariorum trecentorum. carnium salitarum cantariorum quindecim. vini salmorum quingentarum decem olei cafisorum triginta nouem candelarum rotulos quinquaginta duos et rotulorum diuersarum specierum quinquaginta duorum emptarum per eum pro munitione et companagio personarum dicti estolii regii ac pro diuersis aliis expensis in delatura stipatura et aliis seruitiis necessariis factis in rebus predictis ad diuersam rationem particulariter et distincte in eodem quaterno contentam facta summa ad generale pondus Vncias centum octuaginta tres taros octo et grana septem.

Item diuersis personis pro pretio diuersarum rerum minutarum necessario emptorum per eum ad diuersam rationem in eodem quaterno contentam. pro munitione et companagio galearum ipsarum et aliis diuersis seruitiis curie distinctis in quaterno predicto facta summa ad generale pondus. vncias quatraginta sex taros tres. Item ponit soluisse per quaternum eundem manfredo lancee capitaneo insularum malte gaudisii computandas in gagiis seu quietatione sua ad generale pondus auri vncias sedecim et taros viginti sex. Item quibusdam exploratoribus missis ad diuersas partes regni pro explorandis rumoribus. Item dominico anno pullisio pro loerio cuiusdam barce sue armate conducte ab ipso per duas uices pro portando perpinnano hostiario nostro ad comitem atrebatensem aput nicostam pro tractando ex cambio catalanorum captorum ad generale pondus auri vnciam vnam. Item procuratori iaconie de milite pro pretio salmarum frumenti centum ad generale pondus auri vncias viginti septem taros duos et grana decem. Item comito frederico lancee de mandato illustris domine regine ipsi ammirato per litteras facto ut ponit ad generale pondus auri vncias sex taros septem et grana decem. Item pro pretio rismarum sex de cartis papiri necessariis pro scribendis quaternis marinariorum et aliis curie seruitiis faciendis ad rationem de taris quatuordecim pro qualibet risma ad generale pondus auri vncias duas et taros viginti quatuor. Et ponit per quaternum eundem retinuisse sibi de pecunia curie existe per manus suas que contingebant et pro expensis suis mensium quinque et dierum decem numerandorum a vicesimo aprelis vndecime indictionis vsque per totum mensem septembris duodecime indictionis ad rationem de vncia auri vna parui ponderis pro die infra quod tempus computantur dies centum sexaginta tres ad dictum poruum pondus auri vncias centum sexaginta tres. que sunt ad generale pondus vncias centum quatraginta sex et taros viginti vnum. Summa totius predicte pecunie solute tam pro pretio dictorum saccorum et aliarum rerum predictorum ac aliis curie sernitiis quam dictis comito frederico lancee manfredo lancee capitaneo malte et gaudisii et exploratoribus ac pro expensis dicti ammirati retentis per eum ad dictum generale pondus auri vncie quingente viginti vna tari viginti duo et grana sex. Item ponit per eundem quaternum exitus soluisse et solui fecisse pro cotidiano victu comitorum naucleriorum balistariorum nauarolorum et aliarum personarum deputatarum in vasselliis predicti estolii regii a sexto mensis aprelis in antea usque per totum tertertium decimum iulii vndecime indictionis ad diuersam rationem pro quolibet eorum per diem nec non quibusdam almuganaris autoritate mandati regii facti sibi horetenus sicut ponit pro expensis eorum certi temporis numerati a quinto madii eiusdem vndecime usque per totum mensem septembris sequentis duodecime

indictionum. nec non et pro expensis prouincialium captiuorum a quintodecimo inlii vndecime usque per totum eundem mensem septembris quarum omnium personarum numerum quantitatem pecunie pro qualibet ipsarum solutam ad quam rationem et pro quo tempore idem quaternus distincte et particulariter continet facta summa ad generale pondus auri vncias septingentas triginta quatuor. taros decem et septem et grana duodecim Item ponit idem ammiratus per eundem quaternum exitus liberasse et liberari fecisse pro panatica companagio personarum nanigantium in vassellis predicti estolii regii et munitione ipsorum. frumenti conuersi in biscoctum et aliarum rerum quantitatem subscriptam. videlicet frumenti salmas mille viginti nouem et duodecim. biscocti cantaria triamilia quatringenta decem et rotulos viginti tres. panium recentium tria milia ducentos quinquaginta sex. casei cantaria trecenta. carnium sallitarum cantaria quindecim. vini salmas quingentas decem olei cafisia triginta nouem. candelarum rotulos quinquaginta duos. cicerum salmas quatuor fabarum salmas quatuor et pro munitione vassellorum ipsorum inter senta et panisia septuaginta. Summa summarum totius predicti exitus. Vnciarum octomilia octingente tres. tari tari duo et grana decem et septem. frumenti salme mille viginti nouem et duodecim. biscocti cantariorum tria milia quatringenta decem. rotuli viginti tres. panium recentium tria milia ducenti quinquaginta sex. armorum et aliarum rerum quantitas predicta. facta uero collatione de introytu ad exitum. Superat exitus introytum vncias sex taros tredecim et grana duodecim et medii. Item quas posuit mutuasse et recepisse mutuo ab amicis in summa sui introytus computatas vncias quingentas octuaginta octo. taros sex et grana quinque et dimidium. Summa predicte pecunie in qua curia debitrix eidem ammirato apparet. computato predicto mutuo et pecunia ad quam inuentus est exitus introytum superare. Vncie quingente nonaginta quatuor. tari decem et nouem et grana decem et octo. de quibus restitutis sibi per bertrandum de bellopodio militem stratigotum messane et regni sicilie thesaurarium ad mandatum nostrum olim infra presentem annum duodecime indictionis vuciis auri trecentis ponderis generalis. nec non deductis et extamatis de summa predicti residui vnciis octuaginta sex et taris viginti debitis curie pro jure exitus et dohane salmarum frumenti quatringentarum dudum ad mandatum illustris domine regine domine et matris nostre datum messane septimo decimo septembris duodecime indictionis extractarum de portu licate et delatarum extra regnum. Restabant soluende sibi Vncie ducente septem. tari viginti nouem et grana decem et octo. quas per eundem stratigotum et thesaurarium eidem ammirato mandauimus de fiscali pecunia assignari. frumenti uero. biscocti et aliarum rerum idem est introytus et exitus. Et licet per eosdem iohannem alaymum et matheum in examine et dispunctione ratione ipsius notate et facte essent quamplures efficaces questiones secundum ritum rationum et consuetudinem regni sicilie amirato predicto. nos tamen attendentes grata deuotionis et fidelitatis obsequia que idem ammiratus in expugnatione et captione hostium predicti domini patris nostri atque nostrorum uiriliter et constanter exhibet et est in antea collaturus. questiones ipsas sibi de speciali gratia duximus relaxandas. et ipsum et heredes suos exinde quietamus. Vnde ad futuram memoriam et predicti ammirati et heredum suorum cautelam presentem quietanti apodixam sibi mandauimus fieri et pendentis sigilli nostri munimine comuniri. Reseruata inquisitione facienda contra eum de processibus suis suo loco tempore. cum placuerit domino patri nostro uel nobis. ita quod exinde respondere curie iuxta formam que seruatur in talibus teneatur. datum messaue anno domini millesimo ducentesimo octuagesimo quarto mensis Junii XXII° eiusdem duodecime indictionis.

Ambrosio Huici.

(SEGUIRÁ).